



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus  
Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua  
distinctus**

**Crombecius, Johannes**

**Avdomari, 1618**

3. De oratione vocali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38133**

cur David diceret: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum?* E: quam magna multi-  
tudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timeti-  
bus te perfecti eis qui sperant in te? Et ergo *psal. 30.*  
voluntas vel principium operationis, & actio-  
num suarum subjectum: ita etiam spiritualis  
gaudij, omniq; fructus emergentis sedes ac  
receptaculum.

## SECTIO TERTIA.

*De Oratione Vocali.*

NVI

41<sup>b</sup>

7. **A** Ltera huius divisionis pars, vocalem *Oratio-*  
nobis simul ac mentalem orationem *oris ratio-*  
proponit. Huic etymon non male quadrare  
videtur. Orationis enim vocem D. Hierony-  
mus *ab oris ratione* derivatam, iuxta grammaticos arbitratur: Atq; adeo oratio non tantum *ad Cypr.*  
*oris sonus dicendus erit, sed et rationis:* quod  
ita Apostolus expressit. *Psallam spiritu, psallam i.* Cor.  
& mente; & regius Propheta. *Servite Domino 14. 15.*  
*in timore: &, in conspectu Angelorum psallam tibi.* Psa. 2. 1 E  
Psallere ad vocem pertinet, cetera ad mentem. *psal. 137*  
Quare ita non orat vocaliter, qui partis alterius 2.  
seumentis functionem ac rationis cooper-  
tionem omittit, si que minime orare convin-  
citur. Atq; ut utilitates orationis mentalis in  
suum locum proprium reiiciamus; id inpra-  
sentiarum dicendum occurrit; Orationem  
VOCAL

*Oratio* vocalem familiariorē, magisq; usitatam in*ci-*  
*initio vo-* pientibus, quam mentalem, cuius usū maxi-  
*calis u-* me ad eos pertinet, qui in pietate exercitatos  
*surpan-* habent seniūs. Quis enim statim abditā illa  
*da.* mentis arcana pervadit? Nemo nascitur ar-  
 tifex: neq; primo die artis instrumenta trac-  
 tare, nec partes omnes abditi cuiusdā operis  
 discernere ac componere; nec deniq; opus  
 perfectum in lucem edere, tyro vllus vñquā  
 posuit. Opus arduum, abditum, artificiosum  
 est, sumū o numini sapiēter colloqui; men-  
 tem ac voluntatem, animi instrumenta, ex  
 arte tradiare, impedimenta removere, vag-  
 tiones amoliri. Quis statim hanc artem cal-  
 leat, & magister evadar? Vocali ergo utatur  
 (uti sanctos olim initio fecisse, plurimae tes-  
 tantur historiæ) audiet se, & sublido oculo-  
 rum iuvabijur.

*Oratio*- 8. Orationū vocaliū alię proprię, alię mutu-  
 atę. Proprię sunt, quę ex vi orantis spiritus ex-  
 les pro- primuntur; vt ijs contingit qui sub fine me-  
 prię & ditationis, aut in ardore ipsius contemplatio-  
 mutuatae nis, ex impetu concepti spiritus erūt punt  
 in voces. Item illis qui Deo familiares iunt;  
 ij quippe seni per parati sunt ad orandum, &  
 ubi soli, facile cor suum incensa voce, ani-  
 mamq; coram Deo effundunt.

Mutuatae sunt omnes psalmi, Ecclesię pre-  
 ces, Sanctorum Patrum exercitia spiritualia,  
 meditationes, soliloquia, quibus utimur ad

ex.

excitandum pietatis ignem: & quia sa pè  
inopia spiritus, qui pro nobis orare solet, la-  
boramus, & eo absente nescimus quid ore-  
mus; ideo indigemus ope ac subficio alieno,  
ne muti coram Domino appareamus. Hoc  
Christus præviderat. Ideo nobilissimā oratio-  
nem nobis consignauit, qua meliorem qui  
componat invenies neminem. Ut ille quoq;  
precarij libelli eduntur in lucem, qui varias  
orationes, ad omnes poene actiones sancte  
peragendas, idoneas continent. Eæ movendi  
magna vim habet, si quibusq; rebus inchoan-  
dis præmittantur, si breves, si idiomate, quod  
intelligatur, exprimantur. Nihilominus, non  
ineptæ & inutiles ecclesiæ preces, latine editæ  
censendæ sunt, si præsertim magna reveren-  
tia vel canantur, vel recitentur, prisco, & re-  
ligio orum omnium rati in hunc usq; diem  
observato. Etsi enim non omnino sententia,  
sen'usq; verborum capiatur; tamen hoc quod  
continet omnia, scientiam habet vocis. Hoc eit,  
Deus intelligit & animi conceptus, & vocu-  
significationes. Deinde qui canunt, vel pre-  
ces recitant, divinum numē sibi præfens con-  
stituunt, cui hoc genus laudis, & gratiarum  
actionis, gratum esse noverunt. Sæpe canto-  
res regibus audientibus occidunt ignota lin-  
gua. Sæpe actores versum ignorant, quem  
recitanti. Læti tamen ac gratulabund hæc illi  
faciunt, nec minus lubenter audiuntur, quam  
si ver-

*Libelli  
precarij  
utiles,  
lingua  
vulgari.*

*Latine  
continet omnia, scientiam habet vocis.  
Hoc eit, præcacio-  
nes præ-  
sertim  
Ecclesiæ  
non vi. u-  
peranda.  
Sap. I. 7.*

si verborum sententiam caperent. Fateor me  
sæpe permotū fuisse cantu, sed maxime pſal-  
modia religiosorū & sanctimonialiū, quæ eis  
vsquequaq; non capiant, quæ concidunt;  
vt intelligantur tamen optimè efficiunt; ea-  
ruinq; pietas miro modo in audientium ani-  
mos influit, penetrat, ac medullitus afficit.

**Oratio- 9.** Sunt & idiotæ qui legendi scribendiq;  
**nes idio-** sc̄ientia minime præditæ sunt. Recitent Beata  
**tarū lau-** Virginis coronam; orationem meliorem  
**danda.** fundere non possunt. Si mysteria rosarij sacri,  
mente ruminare interea valeant, precium  
operæ recipient: Sin minus, non perdunt la-  
borem suum, modo cor ad Deum eleverit;  
desideriū accensum aliquid obtinēdi habeat;  
de delictis veniam petant; necessitates expo-  
nant; reconciliari Deo percipient; quod à  
Deo aliquid petant serio cogitent; & per ora-  
tiones has quas fundunt meritis Domini nos-  
tri se impetraturos confidant.

**Oratio- 10.** Utile quoq; recitantur orationes ad  
**nes ad** omnia opera; vt cum mane surgis, & vestes  
**omnia o-** induis: vesperi cum exuis. Solebant olim  
**pera.** monachi sancti, texere corbes vimineas, sto-  
reas nectere, humeris onera portare, dumq;  
hæc ageret, orationes interserere. Noverant  
utilitatem perpetuæ ac continuatæ conversa-  
tionis cum Deo. Et sane hac ratione multas  
dæmonis suggestiones, cogitationes ineptas,  
tentationesq; evadimus, et si enim non vñq;  
ad eo

adeo mens attendat; pius tamen opus faciens se quantum potest Deo adiungit: nec tanta attentio requiritur, dum orationes haec recitantur per modum laudationis divinæ, quanta dum ex professo nos orationi accingimus, & in particulari per modum colloquij postulamus. Huc facit quod homo ad se frequentius redeat; & dum pulchra aliqua sententia, vel mentio Dei, aut Servatoris vel B. Virginis intercurrit, novo vel latitiae, vel timoris, vel doloris, aut spei motu perfunditur, & attentionem renovat. Alia ratio est de precibus obligatorijs, quæ quo mandato, ut fiant præcipitur, eodem ut rite decenterque persolvantur nos obstringunt.

## SECTIO QUARTA.

## De Oratione privata &amp; publica.

**M.** **E**tsi mētalis orationis fructus longē sit **D**ivisio  
uberrimus, & in eo genere beatissimis mētibus, quæ sine corporibus, divinus laudibus incūbunt, haud abhīmiles videamur; in hac tamen mortalium regione, orationis vocalis usus ac necessitas latissimè patet: nam quæ publicè peraguntur tremenda mysteria, canticu solemnī, et sāpe musico concentu obeuntur, nusquam certe nisi voce, aut clara, aut subinde demissa: sacramenta deinde omnia

*Oratio  
publica  
ut pluri-  
mum vo-  
calis,*

B vocis

VI

416